



**Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrio, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Qvæstio VIII. Cur cum ista damna plerumque diabolus poßit per se inferre,  
malit vti opera maleficorum?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](#)

a apud Su-  
ri. mense  
Febr. to. 1.

b Damian  
sermon. I.  
de Nativ.  
B. Mariae  
Virg. Sige-  
bertus in  
Chro.  
c e vlt. 26  
q. 5. ex D.  
Augusti l. 2  
dedicat.  
Ghristia-  
nac 22. &  
23.  
d collat. 7.  
e 27.  
e l. 1. Dial.  
4.  
f lib. 2. c. 1.

Hanc historiam (qua salutare cun-  
atis, qui iusto Deo iudicio, in mali-  
gni hostis, aut maleficorū eius mem-  
brum manus inciderint, ac certum  
efficaxque remedium proponitur) ex  
Græcis habent Metaphrastes, a ex La-  
tinis Petr. Damianus & Sigbertus b.  
Posterior, de curiositate, traditur à B.  
Augustino, & in Decreto Gratiani  
inseritur c.

F  
Interdum hæc ob culpas veniabiles à  
Deo permittuntur, maxime vt sancti-  
tas & gratia eorum, qui sanitatem  
redituri, cunctis innotescat. hoc cō-  
tigit Abbatu Mōsi, apud Cassianum,  
propter leuiculam iram d, hoc, pro-  
pter præcipitem gulam & leuem, cui-  
dam religiose apud D. Gregorium,  
hoc cuidam religioso, ob repiditatem  
& distractionem in oratione, apud  
scripторem vitæ D. Bernardi f, quo-  
rum sanatio famam auxit D. Bernar-  
di, D. Equitij, & D. Macarij, per quos  
Deus illos liberavit.

### Q V A E S T I O VIII.

*Cur cum ista damna plerumque diabolus  
posset per se inferre, malis yti opera  
maleficorum?*

D  
Vas inuenio causas. alteram quia  
hoc pacto maiorem Deo se face-  
re credit iniuriam, quando creaturis  
ratione præditis, & baptismo ablatis,  
& christmate delibutis, potest abuti ad  
creatoris ipsius vilipendium, & irri-  
tationem pluribus etiam sic nocet,  
quia non adeo homines abhorrent à  
conuersatione & familiaritate male-  
ficorum, atq; odere conforium dia-  
boli. Si namque semper se dæmon pa-  
lam obruderet, multisq; eis cum eo  
percutere, & has artes maleficas exer-

A cere detrectarent. Denique plures  
asciscit sceleris socios, quos perdat.

Altera est, quia quædam per homi-  
nes potest, quæ vel non posset, vel non  
tam commode posset per se metipsum  
immediate perficere. Verbi gratia si  
resistendum sit alicui viro sancto cō-  
cionanti, aut recta suadendi: sicut per  
Iannem & Mambrem Mōsi, per Eli-  
mam D. Paulo restitit, item si sint ha-  
res spargenda, sicut per Simonem,  
Menandrum, Marcum, & alios fecit.  
item si sacris rebus abutendum, quod  
in maleficijs frequentissimum est g:  
quibus cum per homines abutitur,  
copiosius lucrum refert animarum.  
tum quia sic plures in fraudem indu-  
cit: nam contemptoribus rerum fa-  
cerarum contemptum adauget, vene-  
ratoribus falso persuadet hæc à Deo,  
non à dæmonie fieri h, & sic ad defen-  
sionem maleficorum multos inducit,  
atque ita peccatum eis impingit. tum  
quia consequitur, vt ad magicam su-  
perfitionem homines etiam addant  
sacrilegium. Vnde Deus magis ma-  
gisque offensus, plura etiam in dies  
principibus tenebrarum in miseros  
mortales permittrat. Interdum tamē  
D quod per illos possit, manuult perse  
operari, tum vt eorum aliquam gra-  
tiam promereatur, tum vt ab iis suspi-  
cionem noxæ remoueat, tum vt sic  
potentiam suam ostentet. Singula ex-  
emplis illustrat Remig. libr. 2. Demo-  
nolat. cap. 9.

E Restabat dicere de remedij male-  
ficiorum: sed id differo in ultimum  
librum. Sequitur videamus de  
vna obseruatione.

.): (

LIBRI